

dabei zugleich die Abweichungen vermerke, welche der 'antiquissimus Toletanus' Heines aufweist:

## M 2.

In Christi nomine.

Aurasius episcopus Frogani.

Aurasius episcopus Frogani. Cognosce te, propter quod ecclesiam Dei non solum verberasti, sed etiam impugnando coram nos humiliasti et syagogam<sup>1</sup> erexisti et nobis reverentiam pro nomine redemptoris nostri Iesu Christi, Dei vivi ac veri Dei nostri, nulla ratione tribuisti et presentibus senioribus, cuncto palatio, catholico populo vel cętu Hebreorum nos despectui tradis, ingrediente flatu alienę vertiginis dogmę cavernias aurium tuarum ea concaba<sup>2</sup> luminum festuca trabesque peccati obus servisset<sup>3</sup> abs te, illico priscis virtutibus desserente, neutericus dereliquens, fidei sanctę catholicę obvius existens, acquiescens vocem persuasoris, immundi spiritus, ut, quod Deus de faucis grassatoris diaboli lavacro regenerationis suę per nos ad gloriam iussit seva ne seva nequitie insanie fustibus vulneratos dereliquisti. Pro qua<sup>4</sup> re in hoc tantummodo cognoscente nostra vel servorum Dei in ecclesia Dei pędicatione esse excommunicatum et anathematatum; et ideo anathematizat eos

Iulianus.

Epistola Aurasii episcopi Toletani ad Froganem Palatinum Toleti comitem, quem spiritu ferventi reprehendit.

In nomine Domini.

Aurasius episcopus Frogani. Agnosco te, propter quod non solum ecclesiam Dei verberasti, sed etiam coram impugnando nos humiliasti et synagogam erexisti et nobis reverentiam pro nomine redemptoris nostri Iesu Christi, vivi et veri Dei nostri, nulla ratione tribuisti et presentibus senioribus, cuncto palatio et catholico populo, Hebraeorum nos despectui tradis ingediendo, flatu alienae vertiginis male implens cavernas aurium tuarum, et concava luminum festuca trabeque peccasti. Obvius servis Dei obiisti illico, priscas virtutes deseruisti, neotericas dereliquens, fidei catholicae obvius existens, acquiescens voci persuasoris, immundi spiritus, ut, quos Deus de fauce grassatoris diaboli lavacro regenerationis suae per nos ad gloriam iussit salvare, saeva nequitiae insania fustibus vulneratos dereliquisti. Pro qua re in hoc tantummodo agnosce te nostra vel servorum Dei praedicatione esse excommunicatum et anathematatum; ideo anathematizavit vos pater et filius et spiritus sanctus

1) syagogem H. 2) Verbessert in 'concava'; concava H. 3) feruisset H. 4) Hier fügt noch ein 'in' ein H.